



*Sted*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



107

CARMEN  
IN HONOREM SPIRITVS SANCTI,  
FESTO PENTECOSTES INPRIMIS CELEBRANDUM,  
PRÆMISSVM

ORATIVNCVLAE EVNDEM IN FINEM  
d. XVII, MAII POST HOR. IX. ANTEM, HABENDAE

A

IOH. MART. FRIEDER. Eitelgergen,

P. P. NORDHVS. d. XVI. MAII MDCCCXXXI.

IOH. CHRIST. <sup>A</sup>WEBERO, R,

AK



IN HONOREM SPIRITVS SACRI  
ESSTO PRAEPOSITVS INIMVS CELEBRANDVM  
PRAEPOSITVS

CAUSANTIAE INIMVS IN PRAE  
A NVM MAE BOEVEVS ANIMVS BARRONIS

IOH. MAEST. FRIEDER. GILBERTVS  
A. N. HONORVS. I. VAV. MAE. CIVIS. CXXXII.

IOH. CHRIST. WEBERVS. R.

**V**ERE quidem Zephyri spirat genitabilis aura  
Et totum mulcet jucundis flatibus orbem,  
Ut tellus passim gemmantes explicet herbas  
Et variis omnes ornet jam floribus hortos  
Rideat et nostris terris suavissimus annus;  
Æthere sed summo Ventus clementior halar,  
Discipulos Christi quo complet Spiritus Almus  
Et splendet verum vero de Lumine Lumen,  
Omnipotens Vigor et doni septemplex Auctor,  
Ver geniale novis ut det primordia rebus,  
Terrea dum suboles duris caput efferat arvis  
Et gens Christi adum faciem mutata virefcet,  
In species translata novas pietatis amore  
Et sancto veracæ fidei splendore corusca,  
Ut, ceu luxuriant viridantes floribus horti,  
Sic efflorescat nascens ecclesia Christi.  
Ille dies jam rursus adest, quem Numine plenus  
Veridico cecinit Vates, volventibus annis  
Affore, quo superi coelestia semina Flatus  
Et divae lucis radios mortalia secla  
Combiberent totoque haurirent pectore olympum,  
Et praedieta fides coeli incorrupta secuta est:  
Sedebat veteris Solymae sub montibus altis  
Unanimes concors studio promissa precandi  
Undenûm vis lecta virûm, quibus ante ministris,  
Dum coleret terras miseras coelumque doceret,  
Unicus Æterni Patris sine origine Natus  
Ufus erat, proh mira fides! crepat ignibus aether  
Insolitis subitoque immistus turbine ventus  
Exoritur strepitu tectum circa omne sonoro,  
Ut gelido cernis sylvas aquilone moveri.  
Verum quid? Deus, ecce Deus, venit ipse suprema  
Sede sacer Flatus seseque infundit in omnes,  
Confestim propiore tument hoc Numine mentes  
Flammaeque ignitis efflorent germina lingvis  
Coelestes que movet per singula membra calores:  
Hinc alius rerum series arcanaque pandit  
Foedera, queis pacem nobiscum poscat inire,  
Qui mare, qui terras, qui coelum numine complet.

Differit hinc alius, miseris mortalibus unde  
Vita salusque fluat, quaecunque sit hujus origo:  
Ore sonant igitur Christum resonantque benignum.  
Inde nec Hebraeae solvunt tantum ora Camoenae,  
Non suadae canit Atticae honos Romanaque Musa  
Intonat et Latii apta sacra verba cothurnis,  
Mille modis variant foecundo e pectore sensus  
Totq; Deum celebrant lingvis, quot sole sub omni  
Orbem habitant populi et penitus diversa loquuntur,  
Summa Dei ut discant omnes magnalia gentes.  
Hinc quoque laeta seges crevit felicibus arvis,  
Dum Christi nomen per totum effloruit orbem  
Perpetuoque fides, velut herba frutexque, virescat.  
Felices animae! Non vos Parnasia laurus  
Impulit aut Lyciis halata è rupibus aura  
Nec vos Thyrsiferi Lenacia munera Bacchi  
Pulsarunt, madido turbantia corda furore,  
Turpibus ut lusu concursans turba cavillis  
Sed Summi Patris et Gnati de pectore manat,  
Ipse Deus, Deus ipse unoque in Numine Numen,  
Spiritus aeternus, rosco defluxit olympi  
Vertice et arcano tetigit praecordia motu,  
Sicque rudes multa praeclaros reddidit, arte,  
Iam quoque, Summe Parens, animis illabere nostris  
Ac Clemens illis mortales elue noxas!  
Nos refove glaciemque malignae et frigora mentis  
Solve calore Tuo, caecae caliginis umbras  
Disjice coelesti perfundens lumine pectus:  
Huius enim ductum quisquis sequiturque tenetque  
Istunc à vero nunquam malus auferet error.  
Huc igitur, doctis pubes addicta Camoenis,  
Huc ades et tanto te fingas Hospite dignam  
Constituasque piis ipsi sacra templa medullis!

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
rest. nicht vergeben!



1077

R.40





107

CARMEN  
IN HONOREM SPIRITVS SANCTI,  
FESTO PENTECOSTES INPRIMIS CELEBRANDUM,

PRÆMISSVM

ORATIVNCVLAE EVNDEM IN FINEM

d. XVII, MAII POST HOR. IX. ANTEM, HABENDAE

A

IOH. MART. FRIEDER. *Eitelgergetz*,

P. P. NORDHVS. d. XVI. MAII MDCCCXXXI.

IOH. CHRIST. <sup>A</sup>WEBERO, R.

